

56 Quod si perpenis utrinque rationibus dubium esset, an paupertas executoris sit nota testanti, exilimarem non...

57 Quamvis autem amplecteremur contrariam sententiam...

58 His premisis circa executorem in genere, superest tradere de religioso executor. Et quidem duplex in hoc...

59 Ceterum tenendum est, posse monachum illum suo monasterio pauperi aliquid clarigi, quia distinctio personarum...

60 Posterior difficultas est, an si solus monachus ille executor institutus sit, possit ex elemosyna inter pauperes distribuenda...

61 Ceterum, exilimo posse hunc religiosum sibi applicare, five aliis distributoribus, five sequamur sententiam dicentem...

62 Ex dictis inferitur, religiosum, vel quemcumque alium, cui traditur pecunia aliqua distribuenda, non ut elemosyna pauperibus distribuenda, sed gratia exonerandi conscientiam...

62 Ex dictis inferitur, religiosum, vel quemcumque

alium, cui traditur pecunia aliqua distribuenda, non ut elemosyna pauperibus distribuenda, sed gratia exonerandi conscientiam...

CAPUT XII.

Qualiter religiosus possit esse actor, aut reus in iudicio,

SUMMARIUM.

Monachus regulariter non habet personam ad comparandum in iudicio, sive ut actor, sive ut reus sine licentia superioris, numer. 1.

An regularis conveniendus sit, an contra eum forpendatur sit libellus; an potius contra monasterium, si conveniatur pro contractu, vel debito, sive ante, sive post ingressum into? numer. 2.

An si causa sit criminalis, sit forpendatur libellus contra monachum, et ipse possit constituere procuratorem ad defendendum? numer. 3.

Quid si sit interventus circa professionis valorem? numer. 4.

An possit monachus agere pro injuria sibi illata, vel id sit monasterii? numer. 5.

An possit Abbas invito monacho eam injuriam remittere? numer. 6.

An possit monachus remittere? numer. 7.

An percutiens monachum, ut abjovetur ab excommunicatione, debet satisfacere monacho, an Abbati? numer. 8.

An re aliquis possit agere, ut restituatur? numer. 9.

An possit monachus constituere procuratorem, ut nomine ipsius in iudicio compareat, et valeat ea procuratoris constitutio? numer. 10.

An agens de licentia Abbatis, debet jurare de calumnia? numer. 11.

An iudicium agitatum cum monacho absque superioris licentia valeat? numer. 12.

An possit superior id iudicium ratum habere? numer. 13.

An quando monachus est in studio de licentia Abbatis, vel in aliquo loco alieno possit agere, et habere vocem in electione Regularis? numer. 14.

Quid quando superior est absens? numer. 15.

Quid si monachus agere velit, ut in religio retineatur, vel expulsi restituatur, vel pro alimentis, vel expensis, vel pro quocumque iure sibi competente, vel pro sua estione, vel contra suum superiorem, qui ipsum beneficio possidet? numer. 16.

Quid si regularis Priorem, vel aliam administrationem habeat? numer. 17.

Quid si Abbatem accusare velit? numer. 18.

An exigitur venia, et licentia ad accusandum proprium Abbatem? numer. 19.

An monacho accusanti, vel denuncianti Abbatem sit expensa de monasterio administranda, et tunc deus actio monacho, et qualiter sit admittenda ad accusandum Abbatem? numer. 20.

An has expensas consequi debeat monachus habens peculium? numer. 21.

Quid si monasterium esset ex ordinibus mendicantibus? numer. 22.

Quid si hoc accusatio esset ad solam monachi utilitatem? numer. 23.

An Abbas ipse accusatus debeat expensas defensionis a monasterio habere? numer. 24.

An monachus adversus quem inquit Abbas, debeat habere expensas a monasterio? numer. 25.

An monachus causam sua electionis proferens debeat habere expensas a monasterio? numer. 26.

An monachus possit accusare aliquem proferens suum Abbatem? numer. 27.

An habiturus sit tunc expensas a monasterio? numer. 28.

An monachus cubicularius Episcopi possit ipsum absque Abbatis licentia accusare? numer. 29.

An monachi interdicti sit denunciatio? numer. 30.

An monachus accusans Abbatem, teneatur lite pendente ei obediere? numer. 31.

Quoties religiosus potest esse in iudicio absque superioris licentia, potest absque illa constituere procuratorem, et libellus nomine religiosi concipiendus est, numer. 32.

Uxus est accusare, est pacc inire, et pro pace inista compositionem accipere, numer. 33.

Novitius potest accusare, transigere, ac pacem inire, sive sibi, sive suis injuria irrogata sit, numer. 34.

Novi

Novitius interfecto, ius accusandi, et pacis inenda, et compositionis accipiende, an pertinet ad monasterium, vel ad quem? numer. 35.

An si pater, aut filius monachi interficiatur, competat monasterio, quod monacho ius accusandi, et pacis? numer. 36.

An patrem aut patris inite consequatur monasterium? numer. 37.

Quid si injuria irrogata sit religioso ante ingressum religionis, vel ante illum, eius pater, aut filius occisi sint, sive religio habeat bona in comuni, sive non, et quamvis ille sit religiosus Societatis JESU? numer. 38.

An si monachus interficiatur, competat ius accusandi, et pacis monasterio, an filio, parentibusve in saculo relictis? referuntur variae sententiae, numer. 39.

Explicatur sententia autoris, et qui competat pecunia ob transfectionem data? numer. 40.

Quid si ille religiosus esse Societatis JESU, vel religionis non habentis bona in comuni? numer. 41.

Hec res non est exacte tractanda, sed paucis authoribus allegatis, ut Theologi notitiam aliquam habere possint: potest autem exactius videri in Doctoribus, quos referam. Hanc in re ea est regula certissima, regulariter non habere religiosum personam legitimam comparandi in iudicio, five tamquam actorem ad agendum, five tamquam reum ad se defendendum, absque licentia superioris. Ratio est, quia in hoc aequatur religiosus servo, et filiosum licentia, contra quos, vel pro quibus, non potest fundari iudicium l. si nulla et l. vix ff. de iudiciis l. servus l. eadem tit. quia pro mortuis habentur, & nil habent, ut tradunt omnes DD. cap. cum delictis, de re scriptis, et audient, cautum de actoribus §. unico num. 48, et tit. de res §. unico num. 19, et tit. de statu monachorum, in princ. numer. 2. Navar. comment. 2. de regularibus, num. 94. Et nemo contradicit. Evar. loco a servo ad monachum, num. 4.

Hinc deducitur primo, regularem non posse conveniri, nec conveniri ratione contractus cum eo iniri, nec libellum contra monachum formandum esse, sed conveniendum monasterium, & contra id formandum libellum. Sic tradunt Glos. penult. cap. non dicatis 12. quesi. 1. D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 6. §. 7. Abbas capit. in presentia numer. 78. de probat. Evar. loco a servo ad monachum numer. 4. Navar. com. 2. de regularibus, num. 29. Quod quidem verum est, si agatur de contractu, vel ere alieno, quibus adstrictus auctoritatis religionis ingressum erat regularis: tunc enim, nec actio te religionis ingressum erat regularis: nec ipse debet respondere contra monachum intendenda est, nec ipse debet respondere, sed monasterium, aut eius procurator nomine ipsius monasterii, ut inferius latius dicemus. Non tamen tenebitur monasterium ultra bona, quae a monacho accepit. Sic Sylvest. verbo religio §. quesi. 3. & melius Speculat. tit. de statu monachorum, in princ. numer. 2, 3, 4. Et §. Felin. multos alios allegans cap. cum l. §. A. num. 9. de sententia, et re iudicata. Quam quidem sententiam approbat lex Regia 10. titol. 2. part. 3. ubi Gregor. Lopez. verbo debita faxer, hoc animadvertit, quia visus communis non esset modica difficultas. Quidam enim dicebant posse conveniri monachum, & contra eum formandum libellum, quia cum eo negotium gestum est, nec potuit ingressum monasterii se obligatione eximere. Sic Abbas d. capit. cum l. §. A. numer. 27. Ferrandus consil. 75. num. 9. vol. 3. in parte primi et consil. 127. part. 2. volum. 7. Rolandus §. habetur 8. rono tract. part. 2. Alii autem DD. ex arbitrio, ex causa, quod cum monacho C. de episcop. et cleric. dicebant contra utrumque formandum libellum. Sed narratio facti conspicienda est in personam monachi, quia cum eo gestum est negotium; at conclusio, & sententia condemnatoria in bonis facienda, debent referri ad monasterium, ut bene tradit Navar. comment. 2. de regul. numer. 67. et ipsum sequuntur Azor. rono 1. l. iustit. Moral. lib. 2. capit. 11. quesi. 12. Si autem post ingressum contraxit monachus, non tenebitur monasterium respondere, nisi inde factum sit locupletis, sed imputet sibi qui, cum persona incapax contraxit. Sic Speculator tit. de iudic. lib. 6. §. 1.

Hoc autem intelligendum est, quando causa est civilis; si enim actio criminalis ob aliquod delictum a monacho commissum formandus est libellus, habetque personam legitimam ad se defendendum abique superioris licentia: quia servus similiter convenitur, et non dominus ratione delicti commissi, ut constat ex leg. penult. in fine C. de nexalibus & ita in monacho dicendum tradidit ibi Bald. numer. 1. Speculator titol. de res §. unico numer. 19. & Felin. capit. cum l. §. A. numer. 10. de sententia, et re iudicata Evar. loco a servo ad monachum numer. 6. Potest tamen Abbas et assistere, ut tradunt Speculat. & Felinus ibi, unde in hoc casu potest constituere procuratorem, sicut potest in defendere, et, sicut idem dicemus numer. 32. quoties et integrum est agere.

Secundo intelligendum est, nisi litis intentetur circa valorem professionis, tunc enim libellus in ipsum monachum formandus est. Sic Felinus eodem cap. cum l. §. A. num. 9. Hinc deducitur, non posse monachum agere pro injuria sibi illata, nisi Praetor absens sit, nec procurator relictus. Sed in manus Abbatis est; conlat ex leg. sed si nullus §. ait Praetor. ff. de injuriis, quatenus habet, cum

cum, qui alteri subest, non posse agere injuriam, si praesens sit is, cui subest, vel eius procurator, secus eo absente, nec procuratore relicto: tunc enim; ut recte a Panormit. statim allegandus, ex praesumpta Superioris licentia ager. Idem etiam constat l. 10. tit. 9. p. 6. ibi. Suo iura al. in praesentia nova edit. nu. 223. Et ibi Ferrer. numer. 102. de sententia excommunic. Francus cap. 2. in princ. numer. 6. et lib. Decius cap. in praesentia nova edit. nu. 223. Et ibi Ferrer. numer. 102. de probat. D. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 6. §. 7. Rosel. verbo monachus numer. 8. Et ibi Armilla num. 12. Angel. verbo monach. num. 1. Sylvest. verb. religio §. quesi. 4. Depois a Montalvaro de except. art. 6. numer. 10. Monachus de defensorio iure ff. contra actorem (habetur uterque tom. 3. tract. p. 2.) Greg. Lopez. ex l. 10. verbo, in mayoral. Navar. tom. 2. de regul. num. 29. Et numer. 64. ubi alios refert Plaza de delict. cap. 47. nu. 17. in fine. Zaballo: alios allegans in suis qq. communibus, quesi. 426. nu. 14. Decianus Pract. crimin. p. 1. lib. 3. cap. 8. num. 15. Et ibi Farinacius in Pract. criminali t. 1. tit. de accusat. q. 1. nu. 24.

Quare potest Abbas invito monacho eam injuriam remittere, quia cum nullam actionem monachus habeat; sed solus superior superioris, quantumvis contradicere monachus, erit ea remissio, sic allegatis Baldo, & Barbo tradunt Alfonso Clement. de patria potestate cap. 6. effectu 8. num. 4. habetur 8. rono tract. p. 2. Navar. ex commentario 2. numer. 64. quamvis Farinacius alios allegans in pract. crimin. tom. 1. fit. de accusat. quesi. 13. num. 26. veris. nec praeiudicium, dicit, nec solum monachum, nec solum monasterium, sed utrumque habere remittere; quod non credo, cum monachus caveat velle, aut nolle, omnemque suam voluntatem in monasterium transferat.

Non autem ipse monachus poterit eam injuriam remittere, cum suis iuris minimis sit, ac agendi iure destituerat. Atque ita tradunt Antonius cap. parochianos num. 6. de sententia excommunic. Cardin. num. 2. Hostiens. nu. 3. Anchar. num. 4. Dicunt hi tres, nisi superior longe ablit, vel nisi sit in scholis de licentia, quia cum tunc potest agere, potest et injuriam remittere. Francus rono de resam. in 6. numer. 65. Decius cap. in presentia, nova edit. num. 223. Et ibi Ferrer. num. 102. de probat. lib. 6.

Et idem cum absolutio ab actione praemittenda sit satisfactio partis lae cap. parochianos, de sent. excommunic. si excommunicatio ob monacho injuriam illatam contracta sit, non ipse monacho, sed Abbat satisfaciendum est, ut absolutio impetrari possit; quia non monachi, sed Abbatis est ejus injuriae remissio: atque ita docet Glos. eo cap. parochianos, verbo satisfaciatur, et ibi Antonius num. 19.

Unde deducitur, nec monachum vestibus, aliave re spoliatum, posse absque licentia agere, ut restituerat; sed ea actio superiori competet. Tradunt Speculator in, de actor. §. unico num. 51. Navar. com. 2. de regul. nu. 64. Paulus Amisus in decisioe Rota Romanae p. 2. de off. 222. num. 7.

Deducitur etiam, nec monachum abique superioris licentia posse constituere procuratorem, ut nomine ipsius in iudicio compareat, quia, cum per se comparere nequeat, nequit quoque per alium. Et ita habetur expressis Clem. religiosus, de procurat. & tradunt omnes; nec constitutio ejusmodi procuratoris valet, quia textus utitur verbo (non potest) quod actum reddit nullum, saltem, quando res non interdicatur ob solam personae honestatem, sed ob ipsius vitium, ut diximus cap. praed. num. 44. quod in hoc eventu contingit: hoc enim interdicatur propter monachi incapacitatem ad standum in iudicio, abique superioris licentia; atque ita docet Specia de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 39.

Utrum autem monachus agens de licentia Abbatis, debeat jurare de calumnia, Glos. agens, quid quis dicat causas dicere, verbo interpellat, ad fin. negat iuramentum hoc praestandum a monacho. At jure optimo Curt. senior tract. de jurando propter calumnia §. quod observari oportet in fine habetur rono 3. tract. part. 2. dubitat de hoc, & in partem contrariam inclinat, quod iuramentum hoc adeo ad substantiam iudicii pertinet, ut ipsum exactum, nec praestatum, reddat iudicium ipso jure nullum, ut late probat Maranta in sua Practica part. 6. in 2. iudicii parte in 1. actus, num. 1. & 2. Ergo praestandum est per legitimam personam ad standum in iudicio, qualis est monachus litigans de licentia Abbatis.

Deducitur praeterea, iudicium agitatum cum monacho abique superioris licentia in casibus, in quibus nequit agere, aut se defendere, esse nullum momenti, quippe iudicium, ut legitimum sit, debet consistere iudice, actore, & reo, ut constat ex c. foras, de verborum signific. & ex definitione iudicii tradita a Doctoribus rubric. de iudicis & C. de iudic. in rubr. quam refert Maranta in sua Pract. part. 2. initio num. 1. At persona monachi non est legitima ad comparandum in iudicio, sive ut actor, sive ut reus, abique superioris licentia; ergo nullum erit iudicium agitatum cum ipso abique superioris licentia. Et ita docet Bartol. l. sicutam §. venter in fin. ff. de procuratoribus Abbas Clement. religiosus num. 6. de procurat. Baldo, & Felin. num. seq. allegandi.



monasterium, illi applicabitur, secus, si filium, aut filios instituat, quod si simul monasterium, & filium, applicabitur utrique pro portionibus hereditariis. Ratio est, quia statum defert hoc lucrum hereditatis: at verus haeres est is, qui a vero monacho institutus est. Sic Abbas eo c. in praesentia, n. 47. & ibi Bore n. 473. addens, si nullus haeres institutus sit, succedere monasterium, tum quia succedit in omnia bona profecti sola legitima reservata filiis. Item, quia omnia bona profecti sola legitima reservata filiis, aut loci possunt de profectis. Item, quia hoc lucrum oritur ex injuria monacho illata; at quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio. Haec sunt sententiae Federici conf. 34. Anton. eo c. in praesentia n. 63. & ibi Decius edit. nova a n. 221. usque ad 226. & ibi Ferrer. n. 10. & dupli sequenti, explicans, siue iniuria illata sit monacho intuitu personae, siue intuitu monasterii, Alciat. leg. 3. §. Cato n. 175. ff. de verborum obligat. Taffa alios referens aut. ingressi c. 13. n. 46. C. de sacrosanct. Eclesi. Quarta sententia dicitur, si iniuria illata sit monacho intuitu personae, illud est preferendum filiis, & contanguique monasterio, si in actu adione, quam in pace inveniunda, & poena capienda: si autem facta sit iniuria intuitu personae, preferendi sunt filii, & contanguique monasterio. Sic tradit Parisius eo c. in praesentia, n. 126. Julius Clar. alii citatis, lib. 5. receptorum, in practica criminali, §. An. q. 58. n. 25. Zaballus in suis commun. q. 333. in fine. Addunt hi duo, quando est dubium, respectu cuius iniuria irrogata sit, habendam ab utroque pacem, & utrique poenam applicandam.

40. Ex his sententiis, quamvis non possit negari, quia res sit valde dubia, plus placet tertia, afferens eam poenam applicandam monasterio, illique competere jus accusationis, & remissionis, propter rationes ibi traditas, quae idem probant siue sit statum pecuniam pro occasione illa applicandam monasterio, Gnil. Bened. c. renuntius, verbo condidit, el. 2. num. 17. de testam. Radilla l. transire num. 38. & 39. C. de transact. Manuel qq. 12. q. 42. art. 3. Farinacius in practica criminali tomo 1. tit. de accusat. quest. 13. num. 26. verbe. sed certe ubi notat, dum dicitur pacem obtinendam a monasterio, id intelligendum esse quo ad jus accusandi, ac remissionis juris illius faciendam, & poenae, vel poenae pro remissione capiendam, secus, si agatur de obtinenda pace vigore statuti minuentis poenam propter pacem, quod fundatum est in quiete Reipublicae, ad hoc, ut pace inita, extinguantur inimicitiae, tunc quoquoque intuitu facta sit iniuria, est semper pax requirenda a contanguique, quia quantumvis monasterium remittat, non cessat eorum indignatio, atque inimicitiarum, & vindictae sumenda periculum.

CAPUT XIII.

Quae munera obire, aut quos alius exercere in iudicio religiosi interdicitur sit.

SUMMARIUM.

- Officium advocati, aut procuratoris, an interdicitur monachis, & omnibus religiosi? num. 1.
- An interdicitur iuribus, vel iis, qui in Societate JESU vota biennii emiserunt? num. 2.
- Exiguntur licentia superioris, & utilitas monasterii, ut hac omnia licentia, num. 3.
- Si altera conditio deficiat, non licet hac exercere in foro etiam ecclesiastico, & illa concurrentibus, licet etiam in foro seculari, num. 4.
- An fiat licentia petita, nec obtenta? num. 5.
- An debeant licentia praecedere commissionem officii procuratoris, an solum suspensionem? num. 6.
- Utrum sufficiat licentia facta? num. 7.
- Quis superior possit concedere hanc licentiam? num. 8.
- An possit eam concedere Episcopus? num. 9.

Quid si in aliqua religione interdicitur sit superiori immediato hanc licentiam concedere, ut in Societate JESU? num. 10.

An inter Franciscanos possit de licentia superioris hac munera obire? num. 11.

An religiosus possit substitui absque superioris licentia? num. 12.

Quid si religiosus habeat licentiam, ut sit procurator, an possit absque alia superioris licentia substitui? num. 13.

An religiosus interdicitur substitui, quando non constituitur procurator, sed tantum simplex nuntius ad substituentium, num. 14.

An si substituat, vel constituit procuratorem, valeat substitui, & constituit? num. 15.

An utilitas monasterii requisita, debet esse directa, an potius sufficit lucrum inde monasterio accersens, vel id officium possit suscipi pro amico utili monasterio? referuntur quaedam sententiae, num. 16.

Explicatur sententia Auctoris, num. 17.

An superior ipse religiosus possit hac munera obire absque alia licentia? num. 18.

An in negotiis Abbatis monasterii, vel ad ipsum accensandum, vel ad denunciandum, possit religiosus esse procurator, vel advocatus? num. 19.

Quid in negotiis cuiusvisque religiosi eiusdem religionis? num. 20.

Quid in negotiis religiosi alterius religionis? num. 21.

Quid in negotiis Episcopi? num. 22.

Quid pro ministrabilibus personis? num. 23.

Quid pro sibi conjugatis? num. 24.

An pluribus religiosi professionalium aut negotiorum, possit unus ex illis constitui procurator? num. 25.

Quid si post licentiam constitutam procurator aliquis ingrediatur religionem? num. 26.

Quid sit advocare? num. 27.

An id sit adire iudicem petendo terminum, allegando iura partis? num. 28.

An id sit consilium praestare verbo, aut scriptis? num. 29.

An id sit intervenire, ut contractus inter aliquos inest? num. 30.

An id sit iura partis allegare coram arbitratore, vel arbitro? num. 31.

An qui ex facta, vel statuto, vel lege, tenentur non advocare, possit verbo, aut scriptis privatum consulere? num. 32.

An neque in una causa integro sit monachis procurare, aut advocare? referuntur quaedam sententiae, num. 33.

Explicatur sententia Auctoris, num. 34.

An illa unita causa intelligatur de una solum, vel de pluribus successione, ita ut unica semper defendatur? num. 35.

An prohibito hoc intelligatur de procuratoribus suscipiendis sive ad actus iudiciales, sive ad extrajudiciales, & possit esse procurator ad acceptandum, vel respondentum beneficium? referuntur quaedam sententiae, num. 36.

Explicatur sententia Auctoris, num. 37.

An ad procuratorem in actibus extrajudicialibus exigatur licentia superioris, & utilitas monasterii? num. 38.

An si religiosus sine licentia superioris procurator constituitur, vel alique utili ut monasterii, valent gesta? num. 39.

Referuntur duplex sententia, num. 40.

Explicatur sententia Auctoris, & ibi, quid si sit advocatus? num. 41.

An valeant gesta, si adversarius excidit? num. 42.

An possit exceptio hac post licentiam constitutam poni? num. 43.

An si pars adversa obijciat non esse utilitatem monasterii, sit audienda, vel ejus sit hoc opponere? num. 44.

An si monachus procurator absque licentia constitutus gerat utiliter negotia monasterii, possit gesta ab ipso ratificari? num. 45.

1. Primum, interdicitur religiosi munus advocati, vel procuratoris obire, nisi superioris licentia, & utilitate monasterii concurrentibus; habetur in Const. Innocentii c. 11. & retetur c. monachi, el. 2. 16. q. 1. ibi; Similiter, ut nullus monachorum forensis negotii suscipiat, vel executor existat, nisi quoad monasterii expensis utilibus. Abbate sibi nihilominus imperante. Quod idem confirmatur, & approbatur c. 2. de postulando, quae verba explicat Glos. eo c. monachi in casu postremo, Terrer. n. 2. Inue. eo c. 2. num. unie. Hostiensis n. 1. Joan. Andr. n. 2. Card. num. unie. q. 2. Antonius n. 8. Abbas n. 3. in hunc modum, susceptoribus, id est, advocati, executores, id est, procuratores: vel, ut explicat Hostiensis Joan. Andr. Antonius Abbas, comprehendit sub his vocibus omne munus ad cautelam forum spectans; & de procuratoris officio habetur expressè Clem. religiosus, ibi: Non potest sine sui superioris licentia procuratoris officium suscipere. Et quamvis textus eo c. monachi, loquatur de monachis, idem tamen dicendum est de quibusvisque veris religiosi, & constat ex eo c. 2. de postulando, ubi consultus Pontifex, an ea prohibito monachi facta, comprehendat quoque monachos regulares, qui laxiori regulari inserviant, ut dicitur c. quod Dei timore, de statu regular. respondet comprehendere. Idem etiam constat ex d. Clem. religiosus, quae in ea prohibitionem verbo religiosus usque est; & ratio est, quia ea prohibitio non respectum habuit ad ordinem monachorum, sed ad religionem. Atque ita docent Glosa ad Clem. religiosus, verb. religiosus, & ibi Abbas num. 1. Imola num. 6. & 10. Item Abbas eo c. 2. num. 1. sji

Sylvester verb. advocatus, q. 6. Sayro Clavis regie lib. 12. c. 22. n. 3.

2. Non autem comprehenduntur novitii in hac prohibitionem, quia non veri religiosi sunt Glos. ad Clem. religiosus, verb. religiosus, & ibi Abbas n. 1. Imola n. 10. Felix. c. cum I. & A. num. 11. de sententia, & re judicata, Quamvis autem Glosa, & Imola ibi dicant solos profectos in hac prohibitionem non comprehendi, non negant eam comprehendere religiosos Societatis JESU, qui sola biennii vota simplicia emiserunt, & quia per ea defuncti esse novitii, dum dicunt solos profectos comprehendere. Unde minus bene Tiracellus, de retract. ligantibus, §. 1. c. 8. num. 22. & Anton. Cucus lib. 3. in fine, de moral. tit. 1. num. 93. & Lallus Zecchius de reb. eccles. tit. de regularibus, cap. 3. num. 10. dicunt novitium non posse esse procuratorem.

3. Unde duplex conjunctum conditio requiritur, nec sufficit altercatim contingere, nempe, superioris licentia, & utilitas monasterii, quia textus eo c. monachi, & eo cap. 2. utramque petunt, & ita docet Glos. eo cap. 2. verb. imperante, & ibi Hostiensis, n. 2. Anton. n. 1. Abbas n. 2. Imola n. 1. n. 2. Glos. Clement. religiosus, verb. licentia, de procuratoribus, Archid. eo c. monachi n. 2. & ibi Bellamira n. 12. Item Bellamira c. cum I. & A. n. 13. de sententia, & re judicata, ubi Imola num. ult. Henric. n. 9. Resol. verb. advocatus n. 22. ubi Angel. n. 8. Sylvest. q. 2. Tabiena q. 7. n. 8. Armill. n. 8. Guillelmus Radonanus de possit. Ecclesiasticorum q. 2. n. 27. habetur tomo 14. tract. Sayro in clavis regie lib. 12. cap. 22. num. 5. Exultius Pacenius conf. 163. num. 192. & 193. Quamvis beneficium religiosi professionalium aut negotiorum, possit bene communi huic sententia contradicere, dicens fiat esse superioris licentiam, quia illa Clementina nihil aliud petitur: sed tamen debere intelligi juxta alios textus, concurrente monasterii utilitate.

4. Et quidem, si altera ex his conditionibus deficiat, nec in foro seculari, nec ecclesiastico integrum est religiosi esse mueri advocati, vel procuratoris obire, quia, textus id prohibentes generaliter, & indistincte loquuntur: immo expressè c. monachi, el. 2. 16. q. 1. & c. 2. de postulando, dicunt, forensis, & ecclesiastici negotii, & Hostiensis, eo c. 2. Intro explicat, forensis, id est, secularis. Atque ita docent Speculator tit. de advocatis, §. obicitur c. advocatum n. 2. Abbas eo c. 2. n. 2. Archid. eo c. monachi, statim in principio, & ibi Bellamira statim in principio, Sylvest. verb. advocatus, q. 6. Sayro allegantia statim in principio, Sylvest. verb. advocatus, q. 6. Sayro allegantia statim in principio. Illis autem conditionibus concurrentibus poterunt advocare, aut procurare, nedum in foro ecclesiastico, sed etiam in seculari, ut colligitur ex c. 1. de postulando, ubi cum interdicitur clericis in negotiis secularium coram iudice seculari advocare, excipitur, nisi propriam causam, vel Ecclesiae suae fuerint prosecuturi. Atque ita docent Antonius c. 2. n. 1. de postulando, & ibi Abbas n. 2. Imola n. 1. Bellamira c. cum I. & A. n. 13. de sententia, & re judicata, Henric. n. 9. Resol. Angel. Sylvest. Tabiena, Ar. re judicata, Henric. n. 9. Resol. Angel. Sylvest. Tabiena, ibi. Quod tamen intelligendum est, coram iudice seculari, modo causa sit civilis, & non in criminalibus nullatenus liceret, ut constat argum. ex c. 1. & c. final. de postulando, & bene tradunt Bellamira, Henric. Angel. Sylvest. Tabiena, ibi. At coram iudice ecclesiastico licitum quoque erit in criminalibus causis advocare, & procurare, concurrentibus praedictis conditionibus, ut bene docent Henricus, & Bellamira ibi.

5. Circa priorum ergo conditionem, possit quispiam existimare, fiat esse licentiam petitam, & non obtentam, ut monachus possit esse procurator. Videtur fat petita, quia c. 2. de restam. in 6. ubi exiguntur testamenti, exprimitur, ut licentia petatur, & obtineatur, at textus c. 2. de postulando & c. monachi 16. q. 1. & Clement. religiosus, de procurat. non exprimit licentiam eam obtinendam esse, & ita videntur posse intelligi delicta petita. Ceterum, dicendum est, opus quoque esse eam obtineri, tum quia id c. 2. de postulando, & ibi, c. monachi, petunt, ut Abbas id imperet, ibi, Abbate nihilominus imperante: at non dicitur imperare eo solum, quod ab eo licentia petatur, nisi illam concedat. Praeterea, quia Clem. illa religiosus, sicat: non potest sine sui superioris licentia. At particula (sine) denotat eam obtinendam esse, ne opus, de temporibus ordi. Nec obstat ratio contraria, quia in eo textu maioris claritatis gratia utrumque expressum est. Ita docent Card. in Clem. religiosus n. 3. oppos. 3. & ibi Imola n. 10. Paulus ibi quem iterum allegat.

6. Sufficit, ut hac licentia praecedat susceptionem mandati procuratoris: quare ante licentiam potest institui religiosus procurator: at ipse acceptare non potest, donec licentiam obtineat. Constat, quia dicit Clem. religiosus, sic at: non potest sine sui superioris licentia procuratoris officium suscipere. Ergo fat est, ut ea licentia acceptationem officii praecedat: atque ita docet Card. ibi n. 3.

7. Utrum autem sufficiat licentia facta, eadem est difficultas, quam tetigi supra c. 11. n. 11. de licentia ad acceptandum minus executoris testamenti: & qui dicitur ibi non sufficere tacitam, dicent quoque in hoc casu, eum eadem sit ratio; & nos, qui ibi tenuimus sufficere tacitam, tenemus idem in hac quaestione.

8. Potestque hanc licentiam concedere superior immediatus Summa Th. Sanchez. Pars II.

tus religionis, sicut in simili dixi sup. cap. 11. num. 15. quia militat eadem ratio, cum instituitur textus hanc licentiam petentes, quia superioris licentiam concedere, & licentiam superioris sit. Praeterea, quia, ut num. 18. dicimus, ipse immediatus superior potest absque alius licentia hoc munus obire, quod utique non possit, nisi ipse esset substituit ad id licentiam concedere. Atque ita docent Card. in Clem. religiosus, n. 2. notab. 3. & ibi Anchar. n. 1. notab. 2. Imola n. 3. addit bene Caranah. non opus esse licentia Episcopi. Nec exigitur licentia conventus, quia ea nullo jure petitur, sed folius superioris, ut dixi in simili eod. c. 11. n. 15.

9. Immo Doctores aliqui asserunt posse religiosum id munus obire ex licentia Episcopi: hi sunt Innocent. c. cum I. & A. num. 3. de sententia, & re judicata; & ibi Hostiensis num. 2. Joan. Andr. num. 2. Antonius num. 7. Abbas num. 29. Bellamira num. 7. & 13. Henric. num. 4. & Favent. Anchar. ea Clem. religiosus num. 1. notab. 2. ubi ait superiorrem esse Episcopum. & Abbatem: fed contrarium tradit esse licentiam Episcopi; & ibi Imola num. 8. nisi, inquit, & esset aliquis religiosus nullus monasterii. Sed dicendum est, nulli pacto sufficere, nec esse necessariam licentiam Episcopi nisi monasterium ipse subeiset: tunc enim verum dicerent priores DD. sufficere licentiam Episcopi, quia esset verus superior: at in eo casu sufficeret quoque licentia immediata superioris conventus, quia esset verus superior, non obstante quod subeiset Episcopo, sicut huic verus superioritati non obstat ipsam esse subditum Provinciali, & Generali.

10. Dum autem dicimus sufficere licentiam immediati superioris, intelligendum est nisi in alius religio interdicitur esse superiori immediato licentiam hanc concedere, sicut in simili dixi c. 11. citato n. 16. Quare in Societate JESU non potest superior aliquis praeter Generalem concedere facultatem religioso, ut enim procurator rerum civilium, aut ad similia officia, id eum habetur expressè 6. p. confit. c. 3. §. 7. in comment. litera D. Unde, ut dixi eodem c. 11. n. 18. qui cum alterius superioris facultate, praeter Generalem, ea munera obiret in Societate JESU, non solus Constitutions Societatis JESU esset transgressor, sed juris communis imponentis hoc praeterea, quod, cum sit in materia gravi, obligat ad mortale.

11. Sed de monachis Franciscanis est speciale dubium, an illi possint esse procuratores de licentia forum superiorum. Afferunt Fulvius Factinensis conf. 163. num. 159. citans Caranah. Clem. religiosus q. 13. num. 16. vel final. de procuratoribus: Sed dicendum est, eos non posse etiam ex licentia suorum superiorum, huiusmodi munus obire. Probatur, quia non possunt esse executores testamentorum, ut dicitur el. 11. n. 14. cum tamen munus executoris sit magis plium; quam munus procuratoris. Insuper, licet alii religiosi possint esse arbitri: ut infra dicitur, non tamen possunt Franciscani id munus obire, etiam cum licentia suorum superiorum, ut probatur n. 65. & 66. Ergo nec poterunt esse procuratores: eadem enim est, seu major ratio in hoc munere, quae in alio procedit.

12. Nec tantum non potest religiosus esse procurator, verum etiam nec potest ex quantovis aliusque mandato ad id datum procuratorem constituere aut substituire, quia id interdicitur Clem. religiosus in procurat. Ratione est, quia substituitus non recipit officium absque alio substituentis atque adeo, etsi potestas substituiti derivetur a primo constituitore, at sit mediante alio religiosi: si autem adde superioris licentia, potest religiosus constituere, aut substituire procuratorem, quia est textus ea Clem. religiosus, decidat non posse constituere, aut substituire, & non dicitur absque licentia, cum tamen id addiderit in priori parte, ubi dixerat non posse constitui ipsum religiosum procuratorem, censetur idem repetitum in posteriori; quippe utitur textus particula (ita) quae ejus est natura, ut praecedentia repetat. Atque ita docet Glos. ea Clem. religiosus verb. substituitore, & ibi Cardan. num. 4. oppos. 7. & 10. & 12. Imola num. 15. Bonifacius num. 35. & 36. Sed credo non solum non petit, & alii textus relati num. 3. eam petentes, loquuntur, quando ipsamet religiosus dicitur esse procurator.

13. Quod si religiosus habeat licentiam, ut sit procurator, & talis constituitur eam facultate substituenti, non indiget nova superioris facultate, ut substituire valeat, quia eo ipso quod facultas acceptandi officii procuratoris est ibi concessa, censetur quoque concedi facultas substituenti ex folio substituentis mandato concessa. Sic tradunt Cardan. ea Clem. religiosus, num. 7. oppos. 11. & ibi Imola num. 10. Bonifacius num. 42.

14. Dum autem dicitur non posse religiosum absque superioris licentia substituire, intelligit Barrol. lib. 1. §. Item negotiorum num. ultim. ff. de acquir. possess. quando religiosus constituitur procurator, & datur ei simplex substituenti mandatum, secus si constituitur simplex nuntius ad constituendum procuratorem, quia inhabilitas nuntii non obstat, eo quod in hoc casu nudum ministerium exercat. Sed Abbas ea Clem. religiosus, in fine, hanc licentiam reprobat; dicens in utroque eventu exigi licentiam, quod cre-